

## Rheinisches Urkundenbuch (Ed. Wisplinghoff) Nr. 63

Ego in dei nomine Asbaldus has res, quas mihi dominus Athabaldus archiepiscopus ad hoc tradidit, ut ad Petrum et sanctos, videlicet Cassium et Florentium, vel ad refectorium fratrum illas tradidissem, dono ad ecclesiam vel reliquias iam dictorum sanctorum, quae est foras muros Bonnensis civitatis in loco nuncupato Basilica secus fluvium Gummia constructa, seu ad refectorium iam praefatorum fratrum ibidem assidue domino servientium, hoc est in pago Aualgauhinse in villa vel marca, quae dicitur Reide, ecclesiasticum curtilem cum ecclesia in honorem sanctae Mariae dedicatam etc.

Actum est autem intra muros Coloniae civitatis sub die XIII kal. mai. anno XIX regnante domino Luduico gloriosissimo imperatore.

Signum Asbaldi, qui hanc donationem fieri rogavit. Signum Miloni vicedomni. Willifridi presbyteri